

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 28vb-29ra

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 10-11 [Gn. 9]

[10] Nec castellano, nec sculteto tenetur scabinus sentenciam aliquam extra veros dies iudiciales diffinire, nisi sit factum manifestum crimen. Castellanus et scultetus bene possunt omni die iudicare pro debito, pro quo absque testimonio agitur, nisi civis agat contra hospitem vel hospes contra civem pro debito cum testimonio, de quo alter alteri fassus, quod bene iudicari potest sine mora. Et si uni adiudicatur hospiti debitum, debet sibi solvi sequenti die, quod tenetur. Sed hospes iurare tenetur vel oportet, quod sit alienigena et ita remote domicilia habuerit, quod die una ad iudicium [k. 29ra] <III^a> venire non possit.

^a na górnym marginesie foliacja

[11] Ille dicitur esse hospes, qui ultra xi miliaria extra iudicium habuerit mansionem. Hospes, si hospiti vel alteri, qui in iudicio non habuerit possessionem, ratione debiti per manum fuerit presentatus, hunc iudex illi servare debet tamdiu, quousque se de debito expurget iuridice vel persolvat.

[hasła: sołtys, kasztelan, wyrok, rana śmiertelna, zranienie, zabójstwo, kradzież, gość, dług, sąd gościnny, mieszczanin, gość, sędzia]